



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCCXXXVI [i. e. CCCXXXV]. De Adventu peregrinorum, & intenso  
frigore.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

## CAP. CCCXXXVI.

De

*Adventu peregrinorum, & intenso  
frigore,*

**A**nno Domini MCCCXXIII. Dominus de (a) Cimeberg & Dominus de Egerberg cum multis Nobilibus de Bohemia & Reno fuerunt in terra Pruschia. In hac hyeme intensissimum fuit gelu, sic quod quasi omnes arbores fructiferæ in partibus Livonia & Pruschia, aut omnino aruerunt, vel infra multos annos vires pristinas resumere non valebant. Unde licet exercitus magnus, à fratribus congregatus venisset ferè ad medium viæ inter Lethovviam & Pruschiam; tamen ultra procedere non valebant, quia præ nimio frigore communis populus periisset.

## ANIMADVERSIO.

(a) Elbingensis Codex habet Cuncenberg, Kojalovvicz verò & Strykovsky Kumererg.

## CAP. CCCXXXVI.

De

*Depopulatione Revaliæ terræ Regis  
Dacia.*

**E**odem tempore David Castellanus de Gartha cum exercitu Lethovviorum intravit (a) Revaliam terram Regis (b) Dacia, & præter alia infinita damna, quibus oppressit dictam terram, incendio & rapinâ, ultra quinque millia hominum Christianorum Nobilium, Matronarum, virginum & aliorum promiscui sexus cepit & interfecit. Sacerdotes etiam plures seculares, & religiosos occidit. Sacramenta, Ecclesias, vestes sacras & vasa